

Aduertencias para

ris, quæ in veteri testamento precesserunt.
 Nam sicut eesus Agni Paschalis Dei populum
 illesum, & in collum ab Angelo extermin-
 atore seruauit : & Manna ab infirmitate, q[uo]d
 vt dicit. Psal. 104. Non erat in tribubus eoru[m]
 infirmus. Sic istud Sacramentum liberat à mor-
 te culpe mortalis, & ab infirmitate venialis.
¶ Quarto doceat Parochus, q[uod] ex primario
 effectu huius Sacramenti [hoc est gratiam
 conferre] sequitur tertius effectus, scilicet,
 q[uod] remittit peccata; venialia quidem dupli-
 via. Prima, quia sicut per nutrimentum cor-
 porale acquirit homo calorem deperditum :
 sic per huiusmodi Sacramentum quod est Spi-
 rituale nutrimentum resumit homo quic-
 quid fero[rum] Charitatis, per peccata venia-
 lia est immunitum, & sic ipsa venialia remit-
 tuntur. Secunda via est, quia Sacramentum
 istud dignè sumptum excitat feruorem Cha-
 ritatis, qui delet peccata venialia, quando nō
 est eorum complacentia. Vnde si quis susci-
 piens hoc Sacramentum habet septem pecca-
 ta venialia, & in uno tantum cōplaceat om-
 nia alia remittuntur per Eucharistiam, & v-
 num solum manet: non enim sunt simul in
 remissione hæc peccata sicut mortalia, quia

non